

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 39.

E'yslan-Meum, Die Veneris 8. Junii 1810. (Neov. 23. Maj. 1810.)

De nimia Sensibilitate.

Aliquae Animadversiones.

Nimia sensibilitas est propensio in animum moventes placidas affectiones (idem quod Quietismus) absque rationabili scopo & ultra debitam mensuram

Adelung.

In Rhenano Archivo pro Historia & litteratura legitur argumentum auctore P. Boost, de honore & ignominia Germanorum, quo ineptiae, (Pedanteria) imitandi libido, atque nimia sensibilitas secundum experientiam describitur. Postremum argumentum præpripis est memorabile, & quisquis quatuor aut quibus ultra Decades vixit, expertus est, cogitavit, id ratione nisi deprehendere debet. En ejus excerptum!

„Illo circiter tempore, quo imitandi, libido latissime per Germaniam se diffudit, novum, & atrocius malum mentes corripuit, quod nucleum populi in ima medulla consumere minabatur. Phænomenon adeo singulare, adeo veteri ævo peregrinum erat, ut expendentis illud seu recentioris ævi Germanis cumpripis proprium animæ morbum, paullo diutius ei immorari debeamus. Le-

beneficium nulla prorsus ratione compensant.

„Ex his meditationibus lugubris veritas consequitur: in multis Rhenanæ Confoederationis partibus per anxietatem Conscientiæ intuitu hodiernorum adjunctorum, & sollicitudinem de futuris, tranquillitatem, religiosamque Fidelium pacem turbari.”

„Negari quidem nequit: nonnullos abusos, vicia, Majestate divini Cultus indigna exercitia religionis, nimis multiplicatas Superstitiones, præjudicatas opiniones & superstitiosos errores veteri ævo pedetentim in hoc Status irrepsisse, at veritas semper basis erit Catholicæ Religionis, & hoc respectu summi Imperantes gratum vere piorum fidelium animum promerentur, dum Subditos conditis Institutis mentes excolunt, quæ bonam educationem atque cognitionem utilitatem veritatum præparant, quæ cum vera beneficaque Relig. doctrina semper conciliabiles sunt.”

„Gratitudo Catholicorum tanto firmata magis erit, quo hæc veritates successiva ea ratione se propagarint, ut excolant mentem, quin præstringant, basin abusuum, fontem tam multorum errorum destruant, quin salutaribus veneratione & temperantia prosequendis moribus aliquam læsionem adferant.”

Secundum spiritum veritatis, qui Deitatis, e qua emanavit, essentia nititur, mutuo se adjuvant altare & solium in Concordia sacerdotii & imperii.”

Continuatio sequetur.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 39.

E'ysium-Meum, Die Veneris 8. Junii 1810. (Neov. 23. Maj. 1810.)

De nimia Sensibilitate.

Aliquæ Animadversiones.

Nimia sensibilitas est propensio in animum moventes placidas affectiones (idem quod Quietismus) absque rationabili scopo & ultra debitam mensuram

Adelung.

In Rhenano Archivo pro Historia & litteratura legitur argumentum auctore P. Boost, de honore & ignominia Germanorum, quo Ineptiæ, (Pedanteria) imitandi libido, atque nimia sensibilitas secundum experientiam describitur. Postremum argumentum præpripis est memorabile, & quisquis quatuor aut quinque ultra Decades vixit, expertus est, cogitavit, id ratione nisi deprehendere debet. En ejus excerptum!

„Illo circiter tempore, quo imitandi libido latissime per Germaniam se diffudit, novum, & atrocius malum mentes corripuit, quod nucleum populi in ima medulla consumere minabatur. Phænomenon adeo singulare, adeo veteri ævo peregrinum erat, ut expendentibus illud seu recentioris ævi Germanis cumprimis proprium animæ morbum, paullo diutius ei honorari debeamus. Le-

Æores qui eam Epocham vixere, jam affequentur, de quo argumento hic sermo vertatur, utpote de nimia sensibilitate quæ ut animum commovens lenitudo, ut flebile, svave suspirans in sono, voce, scriptoque ens se se manifestat, qua factum ratione sit, ut numerosa Germanicæ gentis turba in hanc moralem Epidemiam recidere poterit nobis intelligibile redditur, si advertamus ad psychologiceam indolem præcipuam ejus animi & quasdam temporis externas in eum actiones."

„Vulgaris animadversioni conformiter dictum fuit: Germano, ut tali, animi flexibilitatem competere; atpote animum, (prout eam saltem notionem explicare audeamus) cui juxta debiliorem mentis imaginationisque receptibilitatem per eventualia externorum objectorum illicia plus aut minus obscuri pro subjectorum ratione diversi adpetitionis amorisque sensus tributum est. — Jam hominibus, hac naturali præditis indole, si eorum sensualitas per inusitatas fruitiones, eorum phantasia per multifarias imagines, eorum mens per novos conceptus auctior, excitatiorque reddita sit, quanto magis magisque se se excolunt, atque ab originaria simplicitate sua deflectunt, tanto magis animositas alacritasque vitæ subtrahitur & infringitur; quod si hæ germanæ animi flexilitatis constitutivæ partes evaporarunt, inerescente organorum debilitate, quæ consecrarum omnis nimix culturæ & irritationis

oritur propensio in teneras animis motiones, accedatque vanitas & placendi studium *proprie talis nimia sensibilitas* (affectation de sentimentalité) confluxus spuris sensationis cum Pedanteria. — Animo flexili pollens sensualis est, hilaris, taciturnus, simplex & fortis. Ejus animus, ut prisca Anglicana Cantillena habet, ejus regnum efficit. Ast mollis nimiumque sensibilis animi vir, morbose affectus, debilis, flebilis, garrulus, seduis in sensu sua propalando est; aegritudinem suam occulit multifariis sub venustis nominibus, jam adpellat sensum erga naturam & artem, jam vocitat Sympthiam, amorem in virtutem, & humanitatem; at cavum & vanum ejus consilium est; frustra que nititur fatuam sensu legendi rationem nobilibus declarationibus venustæ mentis conturbare; æque incassum, ut alia Classis Semivirorum furentem suum ubi vis importune se affoeiantem Egoismum sub presidio solidi nervi systematis, robur virile atque heroismum haberi censurique cuperet."

„Inter recentiores Germanos solummodo oeu genuinum contagium admodum sub multifariis velaminibus & Metastasis se se prodidit. In omnem agendi eorum rationem, in scripta & orationes & affectiones nimia hæc sensibilitas irrepsit. Non licbat laudare, non vituperare, non mirari, non querulari & lugere, imo postremum nec rogare & bene agere, quia nimia sensibilitas non admiscretur, — Germanus, nimia sen-



sibilitate præditus, cum semel ea imbutus est, nullo unquam tempore & loco suam spiritum naturam exiit. In ipso sponsalium principio aut amicum amplexans, gestu, vociferando & voce sensa quasi ob oculos ponit, & gravissimis publicis vacans functionibus oculos claudit, ut mortuus videatur, caput submitit, immobilis consistit quasi resolutus deliquoque correptus!"

„Prout in communem vitam, aliisque ita & in popularia scripta æstheticaque opera nimia hæc sensibilitas penetravit. Multo tempore vulgarem scriptorum ars omnis versabatur in excitanda commiseratione, omni quo potuit modo animos movendo. Humana in valle miseriarum Calamitas diu erat nationale Epos Germanorum, quod mille vocibus constante Choro absolvebatur ad duram tetram mentis plebem bene mollem & sentientem reddendam. At non prospexere ii, quæ adjuncta immineant, non præviderunt, ad quam duram, exagitantem luctum mollis reddita plebs ex suo vires hauriente semi sopore excitanda esset, si prævidissent, prospexissent, hariolati fuissent, sane, si voluntas eorum bona erat, Livium, aut Tacitum potius, quam Siegwartum legendum dedissent; fortassis Germanicæ miseræ, quæ novo Carolo a Carlsberg argumentum ad edendum opus in forma Folii suppeditare posset, minus foret, si de humana miseria adeo sensibili tono non differuissent; Germanicæ nihilominus populares scriptores & præ-

oipui ejus Educatores minimam in malo partem habent, quod exaggeratam sensualitatem in patriam intulit. Inter elegantes ita dictos spiritus genuini ejus sedent destructores; hi & præcipue quidam scriptores Tragoediarum & Fabularum Romanensium, auctores gratarum descriptionum præcipuis vero *Kotzebue* sunt, qui illum animi morbum Germanorum fovent — numerosam Classem populi alaoritate, quæ vita est, & quæ vitam conservat, energica vi, atque animi hilaritate orbavere. Eorum levis, germanitatis experti Aesthetica arcano constat animos movendi, & iterum movendi — & ne dulcium lacrimarum fontem una vice exhauriant, ænigmata, effugia, jocosque, ea qua Germanus par est, bonitate mobilibus Dialogorum suorum & Monologorum *Tiradis* variationem adornandi.”

Nec *Humoristæ* Germaniæ ab hac contagione ætatis immunes mansere; quam seriosi & energici, quam dites una & faciles & adprehensibiles non sunt Britannici? ut liberi a superflua intensione facultatum, cujus consecrarium deliquium, a nimia inonatione quæ lassitudinem sequelam habet; absque Convulsionibus illis cogitationum absque spasmis similibus sensis (ut germane dicamus) opera Germanorum sæpe cruciabilia & intolerabilia reddunt! Nihil generatim magis probat, quanto purior in sua scaturigine nobiliorque sensatio Anglorum, sensatione Germanorum sit, quam id: quod eorum Romanæ-

ses, moralesque libri, eorum itinera cum animi sensu concinnata, atque tetrae melancholicæ popularæ Cantillænæ iis nondum innotatam majorum suorum avaritatem adimeræ potuerint: quod factis probata philanthropia cum delicatiorè sensu Britanni conjungatur, prout exemplaria eorum Instituta ad mitiganda ea Miseriæ generâ, quæ patienti humanitati dicata Howardii vita, & multorum Anglorum dimissorum ad hunc finem, ut Decretâ Parlamenti de Commercio Mancipiorum, atque Problemata legum ad præsidium dandum animalibus adversus humanam brutalitatem, tam laudabili ratione perhibent, cum alias opes, fortunæ bona, ac auctæ facultates homines duri Cordis expertesque sensus efficiat. — Ut contra alia ratione nimia sensibilitas in Characterem nationis agat manifestum est. Quis omnium Europæ populorum hodierna pugnae ætate viribus inferior, lassus maxime convulsissimus comparet? Non tenebris involutus Hispanus, non animi lubricitate mobilitateque præstans Gallus, nec vindicta luxuriæque eminent Italus, non auri cupidus Anglus, sed Romanensibus fabellis abundantissimus, animi mollissimi, superdocus Germanus. Ejus Pedanteriæ Ulmensem & Jenensem Cladem, nimix sensibilitati dediti scriptores & pædagogi late diffusam lassitudinæ ei procurarunt. Cæterum gens nitium ampla, heterogeneis nimium partibus constans est, quam ut facile asseruum absque restrictione valere possit. Adhuc

germani fortes viri Germano immerantur solo, at ubi frequentissimi, infractio prorsus si reperiantur robore? an ubi plurimæ Romanensæ fabulæ, plurimæ Bibliothecæ mutuo libros dante, habentur? aut Ketzebusi Theatri amatores efflorescunt? an non potius ubi morum simplicitas, hilaris mens, saltus & musica animum, labor & pura atmosphæra corpus sanum conservant, & epidemiam nimie sensibilitatis amoliantur? Experiebamur, quæ Germaniæ gentium maxime pusillanimæ causam suam prodiderint, honorem suum discrimini exposuerint, nunquam adeo profunde lapsæ fuissent, si Germanarum probitatem suo sinu fovissent, nisi molliente Sensibilitate & externa luxuria virili robore orbari se sivissent. Interim gravi omnes fortunæ ictu percussæ suat, at quis status, sexus, ætas, ab hac temporum corruptela immunis perstitit? ubi pars Germanicæ Nationis quæ nævis Pseudo Germanismi non laboraret? Ut nimia sensibilitas præcipue muliebrem sexum, & juventutem in specie altiorum Classium, Pedanteria per seniores mediæ Civium Classis se diffudit, ita rigida tenacitas erga vetera Civium, colonicalemque statum mutilavit, ita denique imitandi cupido universam gentem corripuit; & Individua solum Characterem genuinum nationalem, retinere, aut Nationalitatis quamdam speciem adeptæ suat, prout sibi constans, a fortuna favoreque independens animus."

„Quemadmodum animi dispositio scripto-

rum Germanicæ atque incorrupti populi multis in regionibus ejus ad Moenum in Svevia, Austria, Tyroli, cum pleitudine profundioris animi, & fortioris palpitacionis cordis, non quo ad adpetitionem, sed humanam sympathiam & flexillorem sensum in nexu est, ita & propria Germano indoles in Musicam. Longo adhuc tempore opus erit, usque Germanicæ Pictores & Sculptores culmen Græcæ aut Italiæ perfectionis attigerint. Glorietur licet Germana *Albrechto Dürer, Cranach, Mengs, Angelica Kaufmann*, prout aliqui nonnulla Belgicæ Scholæ nomina exteris oris jactant, omnes nihilominus solius *Raphaelis* gloria forsitan superat. Sed esto *Cel. Mengs*, quod ipse deprecatus — patriæ suæ *Raphael* — ipsi meritissimi artifices: *Schadow & Zauner* questionem indulgebunt: quando ea suum *Phidiam* & *Lisippum* visura? Musica est, qua Germani: cunctis vicinis suis eminent, dentis Italis. Inter omnes Musas nulla ei faventior *Polyhymnia*. Musicorum ejus gloriæ tropæa *Bachi* & *Herculis* attigit. *Cel. Haendel, Sebastianus, et Philippus, Emanuel Bach, Hayden, Mozart, Reichard, Himmel, Kreuzer, Mayer, Störkel* theutonicæ gentis gloria sunt. In imaginibus, Statuis, & templis Græciæ & Italiæ, in miraculis veteris Babilonis Aegypti Asiæque minoris genius latet australis, in Melodiarum memoratorum Exemplarium anima Borealis regionis.

Quare a populo ii solum Germanicæ Classici Poetæ leguntur & intelliguntur qui pro alumni Polyhymniæ operam impendunt. Eorum principes solum per lyricæ opera noscitur, quibus Melodiæ adjectæ sunt. Generatim, secundum nostrum judicium, elegans Germanicæ litteratura in nullo genere plura originalia opera producendo est, quam in Musica misto, melancholicam intensam indicante — Comoedias, Epopæas, Epigrammata ab exteris didicit, Cantus, Odas, elegias mater Natura quæ ad Cantum vocem largita, eam docuit!